



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Abies, Myrtus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

vitulum in monte Libani ; sic æquè summos atque infimos homines.

Abies, Myrtus.

Pro saluunca ascendit abies, & pro urtica crescit myrtus. Il. 55. Hic prædicatur prædicatio Evangelii, & felicitas credentium. Abies teste Calepino vocatur etiam *arbor gallica* ob candorem. Candorem animi accepere Galli, quando Clodovæus cum suis Francis factus Christianus loco tetri Bufonis pro insigni adoptavit liliū candidum. Et horum tria designant primo puritatem cordis, sive castitatem. 2do. Candorem animi, sive sinceritatem. 3tio. Religiosam ac inalterabilem pactorum conventionum observationem.

Synapsi, Papyrus.

Elucet mira Dei providentia in grano Sinapis, quod cum seminatum fuerit, minus est omnibus seminibus, que sunt in terra, & cum seminatum fuerit, ascendit, & fit majus omnibus oleis, & facit ramos magnos. ita ut possint sub umbra ejus aves cali habitare. Marc. 4. Idem dicitur Matth. 13. Et ideo ei Christus comparat Evangelium, quod est in mundo *regnum celorum*, & ex parvo in quatuor orbis partes excrevit. Promittit etiam nobis Christus potestatem transferendi montes, si habuerimus fidem *sicut granum sinapis*, hoc est humilem non exteriùs elatam, sed intus vivam acrem & fervidam. Granum sinapis etiam designat dictamina Evangelica,